minus *Licius de Valbona, nuntiata sibi morte unius sui filii imbecillis, non mutato vultu, dixit: hoc non est mihi novum, quia semper fuit mortuus;* sed nuntia mihi pro novo si est sepultus. Nec minus eius prudentia enituit in filia sua Catherina pulcherrima; quam cum ipse senex reperisset coniunctam amore cum Ricciar- do nobili juvene de Mainardis de Bretenorio, ex astutia puellae et simplicitate materna, prudentissime fecit eam desponsari sine diminutione honoris, sicut jocunditer scribit Boccaccius de Certaldo. Et nominat secundum, dicens: *Et Arrigo Manardi (2). Iste de Mainardis de Bretenorio similiter vir nobilis et prudens fuit in vita socius istius domini Guidonis, qui loquitur. Qui, eo mortuo, fecit secari lignum per medium, in quo soliti erant ambo sedere, asserens quod non remanserat alius similis in liberalitate et honorificentia; ideo bene quaerit nunc de eo ubi sit; quasi dicat: non invenitur similis. Deinde nominat alios duos spiritus illustres, et primo Petrum Traversarium (3). Hic fuit dominus civitatis Ravennae, vir Hungarimus et magnificus, qui filiam suam tradidit in uxorem Stephano regi Hungariae; floruit tempore Friderici II, et ausus est recedere ab eo. Post cuius mortem Fridericus obsedit Ravennam, et cepit. Ideo bene quaerit iste Guido, *Pier Traversaro, ubi est?* quasi dicat: quis est hodie dominus in Romandiola similis sibi, amator suae civitatis? Et nominat alium, dicens: *E Guido di Carpigna?* (4) Iste fuit nobilis vir de Montefeltro, qui omnes sibi pares liberalitate superavit: de quo audio quod, *cum fecisset solemne convivium in Bretenorio, deficiente pecunia, fecit vendi dimidium carae cultrae quam habebat.* De qua re increpatus a familiari, curialitatem suam dividit curiali scommate, dicens: quod in aestate prae calore tenebat pedes extra, et in hyeme vero prae frigore tenebat crura contracta. Ideo iste Guido del Duca, considerans tales viros in Romandiola dignos romana civitate, exclamat cum dolore: *O romagnuoli tornati in bastardi!* Nimis curialiter loquitur iste: immo debuisset dixisse, in spurios, immo in mulos, specie permu- tata. *Quando in Bologna.* Hic Guido nominat alios duos virtuosos de Romandio- la; et primo unum bononiensem, dicens: *un Fabbro,*(5) iste fuit nobilis miles de Lambertacciis de Bononia, vir sapiens et magni consilii; et est hic Faber nomen proprium. Nec intelligas de quodam Fabro tribuno plebis, qui trucidatus fuit Bo- noniae; *quando si ralligna, idest, renascitur, quasi dicat, tarde, in Bologna,* quae est nidus philosophorum et mater legum, omniumque bonorum fertilis, huma- nitatis piissima nutrix. Et nominat alium faventinum virum plebeium sanguine, sed nobilem virtute animi, dicens: *Quando in Faenza un Bernardin di Fosco.* Iste Bernardinus fuit filius Fusci (6), viri rustici, sed virtute sua honoratus in patria, ad quem non erubescabant nobiles faventini accedere, ut audirent eius bonas sententias et pulcra scommata; et eius dicta moralia et notanda allegabant. Ideo bene dicit: *verga gentil di picciola gramigna, quasi dicat: nobilis planta nata ex vili herba; et ex hoc non minus colenda sicut aurum, quod oritur ex terra, et rosa ex spina, quando in Faenza, supple, si ralligna.* Faventia olim dicta est Forum Favii a Favio Romano, quam Fridericus II cepit post Ravennam. Haec diebus istis cum esset opulenta in bono flore sub dominio pastorum ecclesiae, occupata est proditorie ab anglicis stipendiariis ecclesiae, et exclusis omnibus civibus, sine caede tota spoliata est et detenta ultra anni circulum inter manus barbarorum latronum. [103-105] – *Non ti maravigliar.* Hic Guido convertens sermonem suum specialiter ad Dantem, nominat duos alios de Romandiola, vicinos patriae eius Florentiae; unde dicit: *s'io piango, Tosco, idest, o Dantes; et non appellat eum no-**

mine proprio, quia ipse noluerat se nominare, ut patuit supra: *Quand'io rimembro Ugolin d'Azzo* (8); iste fuit vir nobilis et *curialis de Ubaldinis*, clarissima stirpe in Romandiola, qui fuerunt diu potentes in alpibus citra Apenninum et ultra, prope Florentiam, sicut et comites Guidones, de quibus jam dictum est supra; et dicit: *che vivette nosco*, scilicet, tempore nostro bono, quo in Romandiola vigeat vera nobilitas et multa civilitas, *con Guido da Prata* (7). Iste Guido fuit alius vir probus de una villa, quae dicitur Prata, in eisdem partibus, homo magni valoris, qui familiariter vixerat cum isto de Ubaldinis, ut dicitur plenius in capitulo XXIV. Est etiam alia villa in Romandiola inter Faventiam et Ravennam, unde quidam volunt fuisse istum Guidonem. Sed prior expositio est magis consona, quia poeta colligavit istum Guidonem cum illo de Ubaldinis. *Federigo Tignoso* (9). Hic Guido nominat alium romandiolum. Iste fuit vir nobilis et dives de Arimino, cuius domus erat domicilium liberalitatis, nulli honesto clausa; conversabatur laete cum omnibus bonis; ideo Dantes describit ipsum a societate sua, quae erat tota laudabilis. Dicit ergo: *Federigo Tignoso*. Audio, quod iste habebat pulcerrimum caput capillorum flavorum; *ideo per antiphrasim* sic dictus est *e sua brigata*, de Arimino: et hic nota, quod Ariminum est nobilis et antiqua civitas Romandiolae super mari adriaco, quondam fidelissimus portus romanorum, ut saepe patet apud Livium; habuit theatrum, ubi hodie dicitur Forum; et arcum triumphalem, qui adhuc apparet, et pontem pulcerrimum. – *La casa Traversara*. (10) Hic Guido non contentus nominasse supra solum Petrum Traversarium de Ravenna, nunc nominat ipsam stirpem, quae fuit tota clara et aliam familiam famosam valde de dicta terra; unde dicit: *la casa Traversara*. De ista domo fuit alius miles magnus princeps in Ravenna, scilicet Paulus Traversarius, qui simul cum viribus venetorum expulit Salinguerram principem de Ferraria, *e gli Anastagi* (11): isti fuerunt magni nobiles et potentes, a quibus una *porta in Ravenna* usque hodie denominatur porta Anastasia.

Più che le aggiunte e le omissioni di Ri rispetto ai testi benvenutiani, interessa notare che le chiose di Ri e le *recolleste* ferraresi condividono il superlativo *vilissimus* per il figlio di Lizio (*pravum recollecte* bolognesi; *imbecillis* nel *Commentum*) e la denominazione in volgare *porta Nastagi* contro *porta Anastagia* delle altre redazioni.

2) *Purg.* XXIV 56

Ri (Brunetti)⁸⁷

Iacomus de Lentino per excellentiam dictus est notarius

Guictone de Aretio optimus fuit in rima ponderosa

Recolleste bolognesi

Iacobum de Lentino & fratrem Guidonem de Aretio, qui optime dixerunt in ritimo.

Recolleste ferraresi

Iacomo da Lentino per excellentiam dictus est «notarius»; *fratre Ghittonem* de Aretio optimus fuit in dicere in rima ponderosa.

⁸⁷ Riporto la lezione riferita da BRUNETTI, *Franceschi e provenzali*, p. 31.

Comentum

Iste vocatus est Iacobus de Alentino, et per excellentiam propter perfectionem artis dictus est Notarius: e *Guittone*; iste vocatus est frater Guittonis de Aretio pulcherrimus inventor in lingua materna, non tam ratione stili, quam gravium sententiarum, quibus usus fuit in nudis verbis, cuius libro ego vidi.

La glossa sui due poeti di *Purg.* XXIV compare sostanzialmente identica in Ricc e nelle *recolleste* ferraresi: sarà da comprendere che cosa Benvenuto intende con *rima ponderosa* (espressione non replicata altrove nel *Comentum*). A proposito di Guittone d'Arezzo, per due volte (qui e a *Purg.* XXVI 124-126) Benvenuto sottolinea di aver visto il suo libro poetico.

Com'è tipico della tradizione glossografica, le due chiose hanno anche elementi peculiari assenti dalle varie redazioni benvenutiane.⁸⁸ D'altra parte, per essere più certi della diagnosi, occorrerà estendere il confronto all'intero *corpus* delle glosse di Ri stese dal Presunto Benvenuto (lo chiamerò così), che interviene anche, a detta di Brunetti, in alcune correzioni al testo della *Commedia* e in un caso a *Le dolci rime d'amor*, v. 73, e nell'integrazione di un'intera terzina, proprio come fa lo stesso Boccaccio con maggiore frequenza. Al Presunto Benvenuto, secondo Brunetti, sono da imputare anche tutte le chiose latine del manoscritto. La verifica degli interventi segnalati dalla studiosa su Ri con il solo testo del *Comentum* (che sarà poi da ricontrrollare con le *recolleste*) mi permette di precisare che delle tre varianti apposte dalla mano misteriosa due sono presenti nella parafrasi latina di Benvenuto (ff. 148v *Par.* XVI 30 *risplendere* [Ri *rispondere*] e 170v *Par.* XXIX 72 *e si ricorda* [Ri *e si ritorna*]); la terza di f. 147r non è considerata).⁸⁹ Secondo la scheda di Ri stesa da Marisa Boschi Rotiroli le ampie chiose latine in calligrafica scrittura bastarda su base testuale di medio modulo sono presenti ai ff. 89r-v, 92r-93v, 95v, 102v, 104v-105r, 107v, 109v, 112r-114r, 115v, a partire da *Purg.* XIV 97-98 e fino a *Purg.* XXX 83.⁹⁰ In attesa di un'analisi puntuale, posso indicare che la glossa sulle antiche donne romane (*Purg.* XXII 145, f. 102v: «vini usus olim romanis feminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur.

⁸⁸ In relazione a *Purg.* XIV 97-107 non hanno riscontro nelle redazioni dell'esegesi benvenutiana i seguenti dati di Ri: 1) la localizzazione di Carpigna «Promuntorium prope Monte monte feltrum»; 2) *cortina* è il bene frazionato da Guido di Carpigna per contribuire alla spesa del convivio (nelle *recolleste* bolognesi è *coltram*; nelle ferraresi e nel *Comentum cultrae*); 3) non sono riferite né la frase di Guido di Carpigna né il discorso fra il servo e Guido; 4) non viene detto che Bernardin Fosco divenne signore di Faenza (qui Brunetti non riporta il testo corrispettivo del *Comentum*).

⁸⁹ Ho fatto ricorso alla riproduzione digitale del Riccardiano, consultabile all'indirizzo sopra riportato. La descrizione di Ri è anche in BRUNETTI, *Franceschi e provenzali*, pp. 51-52, con bibliografia pregressa. E ora nel saggio di Sandro Bertelli in questo stesso volume.

⁹⁰ MALATO-MAZZUCCHI, *Censimento dei commenti danteschi*, nr. 362, pp. 771-773, anche con un'indicazione sommaria del contenuto delle chiose.

Val[erius]») coincide sostanzialmente con quella benvenutiana in tutte e tre le redazioni, che mantengono sempre il rinvio allo storico latino.

A quanto consta, Ri, confezionato a metà degli anni Sessanta (intermedio alle altre due *Commedie* autografe, del Toledano e del Chigiano), rimane fino all'ultimo nelle mani di Boccaccio, senza condividere la destinazione della biblioteca di Santo Spirito. Mi chiedo: in quali circostanze, quando e per quali ragioni possiamo immaginare un Benvenuto che rivede il testo dantesco sul codice di Boccaccio e deposita qualche grappolo di chiose a mo' di appunto in una zona ben circoscritta del poema, da *Purg.* XIV a XXX? Qual è la logica situazionale che potrebbe aver presieduto all'evento?⁹¹ La materia si presta a rielaborazioni romanzesche, ma in questa sede preferisco astenermi da forzature e da fantasie a briglia sciolta.

Passiamo al Laur. Plut. 26 sin. 7 con la *Genealogia*.⁹² Il codice, costituito da dodici fascicoli disomogenei, è scritto da tre mani diverse: Tedaldo, che appone anche tutte le rubriche, un Ignoto Copista e il Presunto Benvenuto. Gli ultimi due scrivono il testo a piena pagina; Tedaldo invece lo distribuisce su due colonne. L'Ignoto Copista inizia la trascrizione del testo boccaccesco (ff. 21r-24r) fino a metà di una frase (*Gen.* I Pro 2, 8; a f. 24r) che viene completata dal Presunto Benvenuto (da «eo quod asque [*sic*] calore») (cfr. Tav. 41), il quale continua fino a tutto il f. 67r (conclude con l'intero *Gen.* VI 13). La rubrica successiva, bilicata fra *recto* e *verso* del foglio, viene trascritta da Tedaldo nelle ultime righe del *recto* sempre a piena pagina, per coerenza, mentre sul *verso* è collocata sulla prima delle due colonne (cfr. Tavv. 42-43).

Si profila per il codice una storia di collaborazione in progressione lineare, come avviene in un *atelier* fra persone che lavorano gomito a gomito. Le fasi di realizzazione sembrano così distribuite: l'Ignoto Copista avvia la trascrizione della *Genealogia*, cede, per così dire, in corsa il testimone al Presunto Benvenuto, infine subentra Tedaldo. La trascrizione di codici 'in batteria' non è una novità per Tedaldo,⁹³ ma come Benvenuto possa rientrare in una sua squadra operativa mi è impossibile stabilire. La scrittura di Tedaldo è molto nota e se ne conosce l'evoluzione: l'assenza di datazione nel Laur. Plut. 26 sin. 7 obbliga a datazioni presunte, che, pur fra varie oscillazioni, lo collocano nel tempo estremo del frate, la cui data esatta di morte è ignota, ma non pare superare il 1410: fra le sue più tarde attestazioni autografe vi è una nota datata 20 novembre 1410 proprio in chiusura del ricordato Ashb. 839 con le *recolleste* ferraresi di Benvenuto al

⁹¹ Ricavo il concetto di «logica situazionale» da Gombrich (ERIBON-GOMBRICH, *Il linguaggio delle immagini*, p. 67).

⁹² Descrizione in BRUNETTI, *Franceschi e provenzali*, pp. 55-56, con bibliografia pregressa.

⁹³ Si veda il caso dell'Ambrosiano E 3 sup. illustrato da ALESSIO, *Hec Franciscus*, pp. 78-79.

Purgatorio.⁹⁴ Mattesini colloca la trascrizione della *Genealogia* fra il 1397 e il 1400; secondo Pomaro il Laur. Plut. 26 sin. 7 è stato trascritto nel 1390; Brunetti, in relazione alle tavole contenutistiche elaborate e vergate da Tedaldo nei primi due fascicoli del codice (ff. 1-19r), riconosce « la mano cosiddetta tremula della vecchiaia ».⁹⁵

Non mi avventuro sul terreno dei paleografi, per me insidioso. Faccio notare solo un problema di cronologia: la morte di Benvenuto deve essere avvenuta prima dell'agosto 1388, data di un documento in cui compaiono i suoi eredi. Quindi, la collaborazione diretta con Tedaldo, se mai ci fu, è certo anteriore. Come si può conciliare questa constatazione con la datazione del Laurenziano? I dati documentari sugli anni ferraresi di Benvenuto scarseggiano, e la diatriba con Donato Albanzani evocata da Salutati sembra l'ultimo episodio biografico ricostruibile a grandi linee, da collocarsi più o meno nel 1385; ma la stanzialità del maestro in Ferrara sembra fuori discussione. Un'ultima rilevazione: la carenza di tracce certe e abbondanti della *Genealogia* nei commenti di Benvenuto è un dato di per sé non dirimente in relazione alla trascrizione del codice Laurenziano, ma certo è un fatto curioso.

In base a tutti gli elementi raccolti sono convinto che il rapporto tra Benvenuto e Boccaccio fosse effettivo e abbastanza stretto: lo lascia arguire la nota personalità di Boccaccio, assai propenso ai rapporti umani e agli scambi affettivi e intellettuali; di Benvenuto non si può dire con certezza, ma, al di là del forte temperamento e di una decisa irascibilità in campo professionale, il maestro non sembra alieno da una cordialità immediata. L'ipotesi di un loro sodalizio, forse nato e rinsaldatosi durante l'ultimo difficile anno di vita di Giovanni, o forse qualche tempo prima per via di amicizie comuni, spiega nel modo più facile le dichiarazioni affettive di Benvenuto per il letterato più celebre col quale condivideva il senso dell'umorismo, il piacere dello studio e il comune, incrollabile amore per Dante.

⁹⁴ Pomaro in *Censimento*, p. 358.

⁹⁵ Pomaro in BRUNETTI, *Franceschi e provenzali*, p. 54; EAD., *Franceschi e provenzali*, p. 55; MATTESINI, *Biblioteca francescana*, pp. 43-45, dove si avanza per la trascrizione il periodo 1397-1400.

APPENDICE

[1]

Introductio (*Tratt.* 1^a red. 16-18, 211-228)

Huius rei indicium et argumentum fuit in isto insigni poeta, quod mater eius gravida ex eo, non longe a partu vidit per somnium qualis debebat esse fructus ventris sui, licet tunc sibi et aliis ignotus. Videbatur namque nobili dominae esse sub alta lauro in prato virenti apud clarissimum fontem, et hic videbatur parere filium, qui brevissimo tempore nutritus solum baccis ex lauro cadentibus, et unda lucidi fontis, videbatur fieri pastor, et ingeniabatur suo posse habere de frondibus arboris, cuius fructu fuerat enutritus, et in ipso conamine videbatur cadere, et ex ipso surgente videbatur oriri pavo. Ex qua re tanta admiratio nata est ipsi dominae, quod somnium rupit. Huius somnii interpretatio haec esse videtur. Laurus significat ipsam scientiam poeticam infusam a coelo ipsi autori. Pratum virens est ipsa Florentia florens, in qua natus est. Fons clarissimus eloquentiam luculentissimam eius. Quod subito factus est pastor, figurat excellentiam ingenii et doctrinae suae, qua pavit animos omnium; non solum enim pascit viros, sed infantulos et foeminas, et post delectationem verborum pascit intellectus excelsos. Quod conatur capere frondes significat ingens desiderium, quod habebat, laureae obtinendae. Quod ceciderit in ipso conatu significat casum, quem omnes facimus sine resurgere, scilicet casum mortis. Quod ex pastore oriatur pavo, significat opus suae Comoediae, quae recte assimilatur pavoni; quod potest multipliciter patere. Primo namque caro pavonis odorifera, et quodammodo incorruptibilis: ita sensus istius libri, quomodocumque capiatur, sive superficialiter, sive sententialiter, est odorifer, idest delectabilis, continens veritatem simplicem et incorruptam, et quanto magis discutitur, tanto magis reddit odorem incorruptibilis veritatis. Secundo, pavo habet pennam pulcherrimam, qua eius caro vestitur et ornatur, et habet centum oculos in pennis: ita litera ipsa, variis floribus et diversis coloribus adornata, vestit sententiam, quae habet centum oculos, idest centum capitula, sive cantus. Tertio, pavo habet turpes pedes, et mollem incessum: ita ipse stylus, quo tamquam pedibus ipsa materia consistit et firmatur, turpis videtur respectu literalis, quamvis in genere suo sit pulcherrimus omnium, et magis conformis ingenii modernorum. Vel pedes turpes sunt carmina vulgaria, quibus tamquam pedibus stylus currit; quae sunt turpia respectu litteralium. Unde et incessus mollis significat humilitatem styli, quae necessario exigitur in Comoediis, ut statim dicitur. Ultimo, pavo habet vocem horribilem: ita vox auctoris, licet videatur suavis ad sonum verborum, tamen ad sententiam aspera sonat, dum increpat vicia multorum acerbissime. Immo etiam sonus verborum saepe videtur amarissimus illis quos tangit. Quare horribiliter clamat vox auctoris dum exclamat irate: « Ahi! serva Italia, di dolore ostello ». Et cum dicit: « O avarizia, che puoi tu più farme ». Et ita de multis exclamationibus et increpationibus generalibus et particularibus. Ergo bene qui fuerat in vita pastor, post mortem peperit pavonem, idest pulcherrimum librum istum.

[2]

cfr. qui p.198;

[3]

Inf. II 7-9 (*Tratt.* 1^a red. 111-113)

Et ista tria autor fidenter invocat in suum subsidium: fuit siquidem ipse mirae capacitatis, perspicui intellectus, altissimi ingenii, et subtilis inventionis; cuius animi qualitatem corporis effigies mirabiliter arguebat. Fuit namque hic venerabilis Dantes staturae mediocris, et cum ad maturam pervenisset aetatem ibat aliquantulum curvus, incessus eius erat gravis et mansuetus; habitus honestissimus, conveniens professioni suae; vultu longo, naso aquilino, oculis grassiuclis, maxillis grandibus, labio inferiore maiori, colore fusco, capillis et barba densis, nigris, et crispis, facie semper melancholicus, meditabundus, speculativus. Accidit ergo semel in nobili civitate Veronae quod iam sua fama vulgata, et Inferno publicato, dum transiret per unam viam ante portam, ubi erant multae dominae congregatae, dixit una earum voce submissa, ita tamen ut audiretur: videte illum qui vadit in Infernum et revertitur cum sibi placet, et reportat huc nova de his, qui sunt ibi. Respondit alia: verum dicis; nonne vides quomodo habet barbam crispam propter calorem, et colorem fuscum propter fumum quod est ibi? De quo Dantes risit, qui tamen raro, vel numquam ridere solebat. De eius vita varia et adversa fortuna, quia ipse saepe scribit in hoc libro, dicitur alias suis locis.

[4]

Inf. II 10-12 (*Tratt.* 1^a red. 190-192)

Io cominciài. Ista est secunda pars generalis, in qua autor movet dubium Virgilio de insufficientia sua. Ad cuius rei intelligentiam est bene praenotandum quod ista questio et contentio, quam Autor fingit se hic facere cum Virgilio, non est aliud quam quaedam lucta mentis et repugnantia inter hominem et rationem. Examinabat enim autor intra se vires suas, et arguebat et obiciebat contra se: tu non es Homerus, tu non Virgilius; tu non attinges excellentiam famosorum poetarum, et per consequens opus tuum non erit diu in precio; imo, sicut dicit Horatius ad librum suum, cito portabitur ad stationem, et lacerabitur ad dandum saponem. Unde autor incoeperat primo scribere literaliter, postea scripsit vulgariter. Talem luctam mentis expertus sum in me ipso antequam auderem scribere super librum istum tam universalem. Hic autem oritur quaestio, quae solet sepe fieri et merito: quare, scilicet, vir tantae literaturae et scientiae scripsit vulgariter et materne? Dicendum breviter multis de causis: primo, ut pluribus proficeret, et maxime Italicis, qui prae ceteris in poeticis delectantur, imo quasi soli. Si enim scripsisset literaliter, non proficisset nisi literatis, nec omnibus literatis, sed paucis. Fecit ergo opus nunquam factum, in quo literatissimi et sapientissimi viri possunt speculari. Secundo, quia autor, videns liberalia studia, potissime poetica, esse deserta a principibus et nobilibus, qui principaliter solebant in poeticis delectari, et quibus opera poetica solebant olim intitulari, et ob hoc opera Virgilii et aliorum excellentium poetarum iacere neglecta et despecta, cautius et prudentius se reduxit ad stilum vulgarem, cum iam literaliter incoepisset sic: « Ultima regna canam, fluido contermina mundo, / Spiritibus quae lata patent, quae premia solvunt / Pro meritis cuicumque suis etc. »

[5]

Inf. II 10-12 (completamento di [4])

Alii tamen et multi comuniter dicunt, quod autor cognovit stilum suum literalem non attingere ad tam arduum thema; quod et ego crederem, nisi me moveret autoritas novissimi poetae Petrarcae, qui loquens de Dante scribit ad venerabilem praeceptorem meum Boccacium de Certaldo [*Fam.* 21, 15, 22]: Magna mihi de ingenio eius opinio est potuisse eum omnia, quibus intendisset.

[6]

Inf. II 82-93 (*Dec.* I 2, Abraam e Giannotto)

Et nota quod verum dicit; nam, sicut videmus per experientiam, nec versutia hereticorum, nec subtilitas philosophorum, nec potentia superbiorum potest violare sacram theologiam; imo ipsa velut navicula Petri, quantumcumque exagitetur tempestatibus maris huius mundi, aliquando flectitur, sed numquam submergitur. Quid plus? Illi qui debent esse fundamentum et sustentaculum fidei, faciendo aliis viam salvatoris sermone et exemplo, sicut praelati et pastores, continuo conantur subvertere istam fidem, sed Deo custodiente non possunt; quod egregie confirmavit quidam Abraam sapientissimus Iudaeus. Unde est sciendum quod in famosa civitate Parisius fuit, non est nimis longum tempus, quidam merchator famosus, magnus draperius, nomine Zanothus, de Cini-vi, vir legalis, verax et moralis. Erat et quidam hebreus vocatus Abraam, vir bonus et dives, cum quo Zanothus contraxit familiarem amicitiam, et compatiens errori eius, dolens quod vir tantae virtutis ex carentia fidei deberet damnari, coepit persuadere illi quod non vellet amplius vivere in pertinacia sua; et cum diu et saepe hoc fecisset, finaliter Abraam dicit Zanotho quod disposerat accedere ad curiam romanam. Quo audito Zanothus statim perdidit omnem spem, quam habebat super conversionem eius, et coepit sibi dissuadere quod non iret, quod hoc facere non poterat sine magno sumptu et multiplici periculo, asserens quod ita erat baptismus Parisius sicut Romae, et quod aequae bene poterat declarari de fide christiana et de omni dubio fidei ibi, ubi erat studium sacrae theologiae. Finaliter Abraam firmus in proposito accessit Romam, et ibi multa didicit a Iudeis suis, et multa vidit et notavit alterantia mentem eius. Deinde reversus Parisius, interrogatus a Zanotho quid sibi videretur de Curia Romana; ille cum animo amaricato respondit: malum, quod Deus det pastoribus ipsis, qui sunt vasa omnis turpitudinis, sentina sordium: ibi enim est focina gulae, luxuriae, avaritiae, simoniae, et omnium vilium viciorum: quae omnia cum bene considero et revolveo, compellor credere et consentire quod haec sola est vera fides et firma, quae spiritu sancto custodiente conservatur. Ideo ego, qui ad tua verba flecti non poteram, intendo omnino esse christianus. Zanothus, qui tristis expectabat contrariam conclusionem, totus exhilaratus ivit cum Abraam ad ecclesiam, et illum fecit solemniter baptizari, et ipse Zanothus levavit eum de sacro fonte, et ipsum nominavit Iohannem, quem fecit plenissime informari de christiana fide; qui postea fuit semper bonus homo et sanctae vitae.

qui postea ... sanctae vitae] Qui sic informatus [*lezione che pare riprendere il «prestante apprese» di Dec. I 2, 29*] semper fuit postea bonae indolis homo et sanctae vitae. Quod totum habes in libro qui dicitur Decameron domini Johannis Boccatii in principio libri, in prima die, et secunda novella, E.

[7]

cfr. qui p.213;

[8]

Inf. IV 129 (*Dec.* X 9, Saladino; *Dec.* I 3)

E solo. Hic autor nominat ultimum, scilicet Saladinum, Soldanum Babilonem. Ad cuius notitiam habendam est sciendum quod Saladinus fuit vir alti cordis, cuius animosa virtus non solum fecit eum ex parvo homine magnum Soldanum Babiloniae, sed etiam contulit sibi magnas victorias super reges Saracenos et Christianos. Inter alias magnificentias eius unam breviter percurram cum delectatione memorandam. Tempore namque Saladini fuit ordinatum magnum et generale passagium per Federicum primum qui cognominatus est Barbarussa, per Ecclesiam Romanam, et generaliter per omnes reges et dominos Christianitatis ad recuperandam Terram Sanctam, quam ipse Saladinus occupaverat. Quod Saladinus magnanimus et circumspectissimus praesentis, proposuit videre personaliter omnes apparatus Principum Christianorum, ut cautius et facilius posset providere salutem sui status. Compositis itaque rebus regni sui, assumptis solummodo duobus sociis prudentissimis, quibus maxime confidebat, finxit se peregre proficisci in habitu mercatoris, mutatis nominibus sibi et sociis et familiaribus, qui fuerunt alii tres, ita quod fuerunt sex in societate. Saladinus ergo ingressus iter transivit primo in Armeniam, et de Armenia in Constantinopolim, et hinc per Graeciam devenerunt in Siciliam, considerantes caute et investigantes de omnibus, quae parabantur a dominis illarum regionum in partibus illis; et de Sicilia venit in Apuliam, et de Apulia Romam, ubi multum sensit de intentione Papae, et de Roma venit in Tusciam. Deinde transiens Apenninum, devenit in Lombardiam, et transiverunt per Mediolanum et Papiam; sciebat enim Saladinus, inter alias multas linguas, linguam latinam. Deinde egressus Italiam transcurrit Provinciam, Franciam, Hispaniam, Angliam, et alia regna Occidentis, quae contra eum se accingebant et armabant; et per Alemaniam retransivit per mare in Alexandriam plene informatus de omnibus quae habebat facere ad sui defensionem. Exercitus autem maximus Christianorum transiens in Syriam pervenit ad civitatem Achon, ubi in exercitu fuit maxima infirmitas et pestilentia. Residuum eorum, qui evaserant ab epidemia, fuerunt quasi omnes capti. Et ecce magnanimitatem Saladini. Ipse habuit consilium cum suis quid esset agendum de captivis hostibus: alii dicebant quod interficerentur: alii quod detinerentur: alii quod fieret eis potestas redimendi se. Sed Saladinus, vere magnanimus, spretis omnium consiliis, libere dimisit omnes, et dedit omnibus potestatem rebellandi et restaurandi bellum contra eum. Ideo bene dicit autor: *e solo in parte vidi el Saladino.* Et signanter ponit ipsum solum, tum quia iste solus inter Saracenos potissime videtur dignus fama; omnibus enim Saracenis videtur eripuisse virtutem, sicut Ieronimus omnem virtutem sclavorum, cum ex Saracenis pauci habeantur famosi; tum quia fuit singularissimus in virtute temporibus suis.

[9]

Inf. VI 37-39

Nota etiam quod autor potius voluit ponere istum quam alium, tum quia melius noverat eum, tum quia Florentini, quamvis sint comuniter sobrii in cibo et potu,

tamen, quando regula fallit, excedunt gulositatem omnium hominum mundi, sicut testantur duo alii Florentini poetae, scilicet Petrarca et Boccacius.⁹⁶

[10]

cfr. qui p. 203;

[11]

cfr. qui p. 209;

[12]

cfr. qui p. 198;

[13]

cfr. qui p. 213;

[14]

cfr. qui p. 214;

[15]

cfr. qui p. 209;

[16]

Inf. XVI 70-72 (*Dec.* I 8, Guglielmo Borsiere e il Grimaldi)

Et ut videas clare quod iste spiritus novus erat idoneus ad referendum sibi veritatem de curialitate, et ad vituperandam avaritiam, debes scire quod Guiglielmus Burserius fuit quidam civis florentinus, faciens bursas, vir secundum facultatem suam placibilis et liberalis; qui tractu temporis habens odio officium bursarum, quibus clauditur pecunia, factus est homo curialis, et coepit visitare curias dominorum et domos nobilium. Accidit autem, quod semel applicuit ad civitatem Ianuae, ubi moram traxit pluribus diebus, retentus et honorifice tractatus a quibusdam nobilibus. Erat in diebus illis in Ianua quidam dominus Herminus de Grimaldis, qui in possessione divitiarum non solum excedebat ianuenses, qui sunt ditissimi, sed etiam omnes italicos; et sicut superabat omnes in opulentia, ita in cupiditate et miseria, ita quod non solum honorabat alios, sed pro se vivebat parcissime, cum tamen ianuenses communiter vivant parce; imo, quod turpius erat, induebatur viliter, cum tamen ianuenses generaliter induantur splendide. Iste ergo Herminus, audita fama Guiglielmi, misit pro eo, et introduxit eum in salam cuiusdam pulchrae domus, quam fecerat noviter fieri. Et quia adhuc remanserat in eo aliqua scintilla nobilitatis quam omnino avaritia non extraxerat, dixit Guiglielmo: Deh domine Guiglielme, vos, qui multa vidistis, sciretis ne me docere aliquam rem peregrinam numquam amplius visam, quam possem facere pingi in ista mea sala? Guiglielmus audiens suum inconveniens loqui, respondit: Domine, non crederem posse vos docere, nisi forte essent sternuta, vel similia his. Sed si placet, docebo vos unam, quam non credo vos vidisse unquam. Dominus Herminus factus avidus, subito dixit: Deh! rogo vos, dicite mihi; non expectans ipsum responsurum, ut fecit: cui Guiglielmus praesto dixit: Facite pingi dominam

⁹⁶ Sul passo cfr. Rossi, *Presenze di Petrarca*, p. 452.

Liberalitatem. Herminus tunc audito scommate mordacissimo, transfixus fuit tam forti telo verecundiae, quod quasi mutavit malignum morem avaritiae in laudem largitatis: et dixit facie flammata rubore: Ego faciam pingi talem, quod nec vos, nec alius poterit rationabiliter dicere, quod numquam viderim, vel noverim ipsam. Et ab illa die in antea tantae fuit virtutis et efficaciae verbum Guiglielmi, quod postea fuit liberalior et gratiosior omnibus. Non tamen credas, quod factus sit prodigus, sicut postea fuit dominus Carolus Grimaldi de domo sua, qui factus arcipirata valentissimus, apud mirabile Castellum Monaci infestabat omnes navigantes per mare Leonis, formidatus etiam a magnis principibus, nedum privatis mercatoribus. Ad propositum ergo vide, quanta arte utitur hic autor, qui fingit, quod Iacobus Rusticutius allegat Guiglielmum Burserium, qui dolet de curialitate perdita in patria sua, quia ipse erat optimus iudex in tali causa, et bene noverat curialitatem et curiales suae patriae, et fuit infestus hostis avaritiae, ita quod in aliena terra, ubi plurimum potest avaritia, mirabiliter expulit eam de pectore hominis, in quo videbatur penitus indurata.

[17]

Purg. VI 13-15 (*Dec.* X 2, Ghino di Tacco)

Ideo, lector, volo quod scias, quod iste Ghinus non fuit ita infamis, ut aliqui scribunt, quod fuerit magnus sicarius et spoliator stratarum. Iste namque Ghinus Tacchi fuit vir mirabilis, magnus, membratus, niger pilo, et carne fortissimus, ut Scaeva levissimus, ut Papirius Cursor prudens et largus; fuit de nobilibus de la Fratta, comitatus Senarum; qui expulsus viribus comitum de Sancta Flora occupavit nobilissimum castrum Radicofani contra papam. Et cum suis famulis manipulariis faciebat multas et magnas praedas, ita quod nullus poterat ire tutus Romam vel alio per partes illas. Sed fere nullus incurrebat manus eius, qui non recederet contentus, et amaret et laudaret eum. Et audi morem laudabilem in tali arte latrocinandi: si mercator erat captus, Ghinus explorabat placibiliter quantum ille poterat sibi dare; et si ille dicebat quingentos aureos, auferebat sibi trecentos, et reddebat ducentos, dicens: Volo quod possis negotiari et lucrari. Si erat unus sacerdos dives et pinguis, auferebat sibi mulam pulcram, et dabat ei unum tristem roncinum. Et si erat unus scholaris pauper vadens ad studium, donabat sibi aliquam pecuniam, et exhortabatur ipsum ad bene agendum et proficiendum in scientia. Et certe si iste nobilis Ghinus numquam fecisset aliud laudabile, nisi quod tam egregie medicavit abbatem Cluniacensem delicatissimum et ditissimum, et curavit optime a morbo stomachi, pro quo ibat ad balneum cum superbo apparatu gallico, ut pulcerrime scribit vir placidissimus Boccatus de Certaldo sermone materno in libro suo, qui dicitur Decameron, satis esset laudandus. Sed ut cito veniam ad propositum, accidit semel, quod quidam frater Ghini captus, adiudicatus est suspendio per praedictum iudicem Benincasam, qui erat tunc assessor in civitate Senarum; sed timens ferocitatem Ghini, finito officio, factus est auditor papae, ut sic tutior esset.

[18]

cfr. qui p. 198;

[19]

Purg. IX 85-87 (*Dec.* I 1, Ciappelletto)

Optime dicit, quia multi quotidie accedunt ad sacerdotem pro poenitentia, qui

truffantur de eo et de Deo, ut videantur boni viri, vel ut derelinquant bonam famam de se, sicut iocose fecit sanctus Capelletus, de quo pulcre scribit Boccacius de Certaldo placidissimus hominum.

Capelletus, de quo pulcre scribit] Cappellettus de Burgundia, de quo plene scribit 117.

[20]

Purg. XI 94-96 (*Dec.* VI 5, Giotto)

De isto namque Giotto faciunt mentionem et laudem alii duo poetae florentini, scilicet Petrarca et Boccacius, qui scribit, quod tanta fuit excellentia ingenii et artis huius nobilis pictoris, quod nullam rem rerum natura produxit, quam iste non repraesentaret tam propriam, ut oculus intuentium saepe falleretur accipiens rem pictam pro vera.

[21]

Purg. XI 97-99 (*Dec.* VI 9, Guido Cavalcanti)

Et hic nota, quod iste Guido, sicut et Dantes, fuit homo multum speculativus, tardiloquus, faciens subtilia et subita scommata. Accidit autem, quod semel Guido cogitabundus deambulabat solus iuxta sanctum Iohannem in Florentia, cum quidam miles florentinus nomine Bettus de Burneleschis superveniens cum aliis sociis clamavit super eum, dicens: Ecce, Guido, cum tantum cogitaveris, quod inveneris Deum non esse, quid feceris? Cui Guido praesto respondit: Domini, potestis dicere iuxta domum vestram quidquid placet. Et continuo evolavit a facie eorum, quia erat agilissimus ut capreolus. Tunc illi respicientes unus alterum coeperunt dicere, quod Guido erat unus immemor, quia id quod responderat nihil portabat, cum non haberent plus facere ibi, quam caeteri cives, nec Guido minus. Quibus dominus Bettus dixit: immo vos estis immemores, qui non intellexistis eum. Ipse dixit vobis honeste maximam verecundiam; quia, si bene advertitis, arcae sunt domus mortuorum, quas dicit esse nostras domos, ad innuendum quod nos et alii vulgares ignorantes ad comparisonem scientiatorum sumus peius quam homines mortui et sepulti; et ideo cum sumus hic, sumus ad domum nostram. Tunc illi intelligentes coopertum scomma Guidonis laudaverunt autorem et interpretem eius.

[22]

cfr. qui p. 214;

[23]

cfr. qui p. 211;

[24]

cfr. qui p. 211;

[25]

Purg. XIV 97-99 (*Dec.* V 4, Lizio di Valbona)

Unde dicit: *ov'è il buon Lizio*, quasi dicat, non est alius similis; et vere fuit bonus et prudens miles, nec reliquit ex se haeredem. Nam dominus Licius de Valbona, nuntiata sibi morte unius sui filii imbecillis, non mutato vultu, dixit: hoc non est mihi novum, quia semper fuit mortuus; sed nuntia mihi pro novo si est

sepultus. Nec minus eius prudentia enituit in filia sua Catherina pulcherrima; quam cum ipse senex reperisset coniunctam amorese cum Ricciardo nobili iuvene de Mainardis de Bretenorio, ex astutia puellae et simplicitate materna, prudentissime fecit eam desponsari sine diminutione honoris, sicut iocunditer [*iucunde*, Est e 113] scribit Boccaccius de Certaldo.

[26]

Purg. XIV 106-108 (*Dec.* V 8, Nastagio degli Onesti)

e gli Anastagi: isti fuerunt magni nobiles et potentes, a quibus una porta in Ravenna usque hodie denominatur porta Anastasia. De ista domo fuit nobilis miles dominus Guido de Anastasiis, qui mortuus est per impatientiam amoris cuiusdam honestissimae dominae, quam numquam potuit flectere ad eius amorem. Fuerunt et aliae familiae clarae in Ravenna, sicut familia Honestorum, de qua fuit nobilis adolescens Anastasius de Honestis, qui amorus de filia pulcherrima Pauli Traversarii, tandem illam habuit in uxorem, sicut honeste scribit Boccaccius, curiosus inquisitor omnium delectabilium historiarum.

[27]

Purg. XVII 13-18 (*Tratt.* 1^a red. 121-122)

Et hic nota quod licet poeta legisset saepe de tam forti imaginatione in Socrate, Democrito, Carneade, et aliis multis, tamen in se ipso fuerat mirabiliter expertus. Accidit enim semel sibi in civitate Senarum, ostenso sibi libello famoso nec amplius viso per ipsum, cum non posset habere commodius copiam de eo, adhaesit cum pectore banco unius speciarii, et cum tanta attentione percurrit libellum totum, persistens fixus sine motu oculorum ab hora nona usque ad vesperam, quod nihil extrinsecus sensit, cum tamen fieret ibi prope festum nuptiale cum plausibus, cantibus et sonis. Et interrogatus quomodo potuerat se continuisse ne respiceret tam celebre festum, ubi erat suavis aspectus tot mulierum sensuum, et dulcis melodia tot instrumentorum musicorum, respondit se nihil sensisse: ex quo post primam admirationem magnam secuta est secunda maior, cum ipse esset naturaliter amator amorosorum cantuum.

[28]

cfr. qui p. 215;

[29]

cfr. qui p. 218;

[30]

Purg. XXX 34-39 (*Tratt.* 1^a red. 30-38)

E lo spirito. Nunc poeta ostendit quomodo devenerit in cognitionem Beatricis. Sed ad pleniorum cognitionem eorum, quae dicuntur hic et in capitulo sequenti de ista Beatrice, volo te scire quod cum quidam Fulcus Portinarius, honorabilis civis Florentiae, de more faceret celebre convivium kalendis maii, convocatis vicinis cum dominabus eorum, Dantes tunc puerulus novem annorum secutus patrem suum Aldigherium, qui erat unus de numero convivarum, vidit a casu inter alias puellas puellulam filiam praefati Fulci, cui nomen erat Beatrix, aetatis octo annorum, mirae pulcritudinis, sed maioris honestatis; quae subito in-

travit cor eius, ita quod numquam postea recessit ab eo donec illa vixit, sive ex conformitate complexionis et morum, sive ex singulari influentia coeli. Et cum aetate continuo multiplicatae sunt amorosae flammae; ex quo Dantes totus deditus illi quocumque iret pergebat credens in oculis eius videre summam felicitatem, per quam lacrymas, vigiliis et infinitas tulit poenas; tamen hic amor honestissimus semper fuit, ut numquam apparuit signum libidinosi actus in amante vel amata. Hoc autem fuit certissimum prognosticum et augurium futuri amoris, quem habiturus erat ad magnam Beatricem sacram, ad quam erat pronus a natura. Ex his potes videre, quod poeta aliqua dicit historice, aliqua allegorice de Beatrice sua.

faceret celebre convivium] f. celebrari c. E.

recessit ab eo donec] recessit a corde suo donec E.

[31]

cfr. qui p. 209;

[32]

Par. IV 4-6 (Dec. X 6 Carlo re di Sicilia)

Et Ovidius scribit se pariter amare duas quae erant pariter formosae, pariter cultae, pariter sibi placentes, ita quod nesciebat praeponere alteram alteri. Sed ut omittam veteres, Carolus vetus primus rex Siciliae captus est amore duarum puellarum apud Neapolim, quae filiae florentini simul et semel visae erant inter se simillimae in forma, aetate, cultu, habitu, ita quod nesciebat facere electionem de altera earum, quia videbatur videre unam in duabus et duas in una: unde tandem in magna lucta mentis deliberaverat rapere utramque; sed magnifice increpatus a Guidone de Monforti laudabiliter mutato proposito maritavit et dotavit utramque egregie. Sed quicquid sit de ista comparatione possum dicere, ad salvandam semper literam autoris nostri, quod ipse ponit hoc per modum comparationis, non positionis verae.

[33]

cfr. qui p. 212;

[34]

cfr. qui p. 187;

[35]

cfr. qui p. 190;

[36]

cfr. qui p. 190;

[37]

Par. XX 64-66 (Dec. IV 4, Gerbino)

Et hic nota de iustitia mirabili in pulcro Zerbino filio suo, dicens: *ora conosce come lo ciel s'innamora del giusto rege*, idest, quantum in coelo amatur iustitia regalis.

[38]

Par. XX 67-72 (Dec. I 1, Ciappelletto)

Et hic nota quod multos damnamus quos Deus iustificat etc., et multa corpora

sanctorum celebrantur in terris et caetera [*in terris quorum animae cruciantur in inferno etc.*, E], sicut patuit in Zapelecto de Burgundia etc., et hodie in Urbano V.⁹⁷

[39]

cfr. qui p. 199;

[40]

Par. XXX 133-138 (*Tratt.* 1^a red. 86-91)

Unde volo quod intelligas tacite, quod Beatrix ostendit auctori sedem ipsius vacuum cum corona laurea suspensa desuper. Et bene dicit: antequam coenet ibi, quia Henricus praefatus mortuus est MCCCXIII die XXIV augusti in Tuscia in castello quod dicitur Bonconvento; auctor vero mortuus est MCCCXXI de mense septembris in festo sanctae crucis in civitate Ravennae, ubi sepultus est apud locum fratrum minorum in sepulcro magno cum tali epitaphio quod fecit Iohannes de Virgilio bonus contemporaneus eius et amicus.

⁹⁷ UBERTI, *Benvenuto da Imola*, p. 310 n. 145, spiega la frecciata di Benvenuto come ripicca per il mancato intervento papale contro gli Alidosi, evento che causò l'esilio del maestro stesso. Credo più plausibile il secondo motivo di biasimo ricordato dalla studiosa, ossia la delusione per il ritorno ad Avignone dopo il ripristino della sede papale romana, durato solo tre anni. Sono registrate trecentottanta testimonianze di miracoli attorno alla tomba di Urbano V (morto nel 1370), ma il processo di canonizzazione, dopo il rinvio di Gregorio XI, si arresta; a nulla porta la parziale rivalutazione promossa da Clemente V nel 1381. La proclamazione di Urbano V beato avviene solo nel 1870 a opera di Pio IX: cfr. MICHEL HAYEZ, s. v., *Enciclopedia dei Papi* (2000), [http://www.treccani.it/enciclopedia/beato-urbano-v_\(Enciclopedia-dei-Papi\)](http://www.treccani.it/enciclopedia/beato-urbano-v_(Enciclopedia-dei-Papi)).